1

Incipit Opus Zahelis Philosophi de Annulis Planetarum Septem et
eorum virtutibus Et primo de Saturno Tamquam de Superiori

Saturnus superior omnibus Planetis est et fortior Habet autem de Signis
Aquarium. De Mensibus Februarium De diebus Diem Sabbati De horis primam
et octavam De metallis ferrum De lapidibus Calamitam De animalibus Mures Cirugulos
Canes et muscipulas nigras. hircos et hedulas De Avibus Corvum Nocticoram et omnes
Aves de nocte volantes De herbis Jusquiamum et omnes herbas fetulentas frigidas
et siccas. De Arboribus Illud idem ut Sorbe et Nespila et silia De Suffumigationibus
Cerebrum vulturis Sulphur et omnes gummas nigras fetidas et precipue frigidas et siccas
Virtus Anuli: ponit discordias inter quos vis Forma. Dixit magister Cum
volueris operari Fac fieri Annulum de Ferro Saturno existente in Aquario Die Sabbati
in prima hora Et scribe eadem hora hoc signum post infra continetur cum Caracteribus et
nominibus angelorum: qui Angeli sunt duo Et superius in sigilli Circulo scribatur Exorcismus
nominum dei. Que nomina sunt octo ut in forma presentis sigilli infra continetur: cum sanguine
animalis vel Avis Saturni eadem die et hora Jugulati Post hoc dic Exorcismum et
suffumiga et plica Cartam. Et pone ipsam inter Annulum et Lapide Adamantis Et scri
batur hec in Carta animalis Saturni: vel alia quacumque turpi. Caput Cor et Epar avis
vel animalis iugulati sicca. Et Cor et Epar tantum sicca et pulveriza. Et cumque operari
volueris Tene Annulum in digito medio sinistre manus Et scribe eadem die et hora
Sigillum in Carta cum predicto sanguine Et pone Caput super Cartam. Et exorciza et suffu
miga. Et veniet Spiritus Saturni et loquetur de quibus volueris Signum vero eius Eventus
est quod Caput loquetur. Virtus Annuli. Ponit discordiam inter quos vis / Et forma
eius ut dictum est In qua veniet virtute nominum Exorcismi que sunt hec ut Infra
et occulta. Que debet scribi in superiori Circulo sigilli. Nomina vero angelorum in secundo
Circulo scribatur Caracteres vero in medio post presens infrascripti Sigillum per ordinem
representant. Sermo secundus In Capite loquitur tibi de quibus vis Spiritus Saturni
que sunt animalis vel avis. discordiam inducunt inter homines Die Sabbati et hora eius
prima Arripe Corvum et Jugula ipsum et sicca Cerebrum eius et sicca Sanguinem vero
sicca ad Umbram et pulveriza. et Proyce pulvere inter duos amicos et erunt dis
cordes Cum sanguine vero fac sic Recipe Sanguinem eadem die et hora et scribe

Virtus et forma Anuli

Ad loquendum cum Spiritu Saturni

Ad discordiam

Ad odium

Ad odium